

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An pœna sit priuatio boni. O

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

corruptio boni, quæ est in anima: est etiam priuatio vel corruptio boni corporis. Sicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.

An pœna sit priuatio boni.

O

Quæri autem solet, Vtrum & pœna sit priuatio vel corruptio boni. Ad q̄ facile responderi potest, si prædicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra, priuationem vel corruptionem boni accipi actiue vel passiue, id est, secundum efficientiam vel effectum. Ideoq; priuatio vel corruptio boni dicitur & peccatum & pœna: sed peccatum secundum efficientiā, q̄a priuat vel corrūpit bonum: pœna autē secundum effectum, id est, secundum passionem, quæ est effectus peccati. Aliud est n. culpa, aliud pœna: alterum est Dei, id est, pœna: alterum diaboli vel hominis, id est, culpa.

QVOD QVÆDAM SIMVL SVNT PEC-  
cata & pœna peccati, quædam peccata & cau-  
sa peccati, alia vero peccata, & causa, &  
pœna peccati.

DISTINCT. XXXVI.

A

**S**ciendum est tamē quædam sic esse peccata, vt Aug. vers.  
sint etiam pœnæ peccatorum: Vnde Aug. super 8. psal. 57.  
illum locū psal. 57. Supercedidit ignis & non vide-  
runt solem, ait, Ignis superbiæ & cōcupiscentiæ &  
iræ intelligitur. Istas pœnas pauci vident: ideo eas  
maxime cōmemorat Apostolus in epistola ad Ro-  
manos, & enumerat multa quæ peccata sunt, & *Ad II. ad Il-*  
*pœna peccati. Inter primum n. peccatum apostolus lud. Ezech.*  
*sia & ultimam pœnam ignis æterni media quæ 8 Si autem*  
*sunt, & peccata sunt & pœna peccati. Greg. quoq; in annuncia*  
*per Ezech. ait, Contemnenti qui non vult pœni- ueris sup̄o.*  
tere ponit Deus offendiculum, vt scilicet, grauius  
impingat. Peccatum enim quod per pœnitētiā  
citius nō deletur, aut peccatum est & causa peccati,

Gg 5      aut